



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Petri Danielis Huetii Demonstratio Evangelica

Huet, Pierre Daniel

Parisiis, 1679

III. Alta pace per totum orbem vigente nasci debuit Christus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-16260

siz, quid R. Bechai, quid R. Saadias, quid is quem proxime laudavi R. Selomoh Jarchi, quid R. Levi ben Gherson, quid R. Abraham Hannafi, quid R. Moses Gerundenfis, quid Abrabaniel fenserint, quid & in libro Zohar proditum sit; ex quorum rationibus sequitur, jam id tempus esse elapsum. Quocirca in eodem libro Sanhedrin venisse quidem Messiam aiunt de verporum grege nonnulli, at Romæ inter agros lepris laborantes latitare: (nam ex his Isaia: verbis: *Et nos putavimus eum quasi leprosum*, nomen ipsi Leproso esse fingunt:) ratum vero tempus, quo ex his latebris emerfurus sit, non assignant. Quidam inter horti Eden delicias ævum agitare volunt cum Elia, à quo ungendus sit olim lætitiæ oleo, cum ad muneris sui administratio- nem foras prodibit. Nam quamvis Messia: adventum negare per Judaicas leges fas non sit, ejus tamen tempus non ex Scripturæ sacræ prædictionibus, sed ex Cabala tantum cognosci posse censent. Verum egregie refelluntur hæc commenta ex Daniele ipso, qui post hebdomâdes septuaginta duas occisum iri Christum pronuntiat; & paulo post desitutum sacrificium & hostiam. Jam ante ergo venerat Christus, & fuerat trucidatus, ac pactum Dei cum hominibus confirmaverat, omnibusque officiis & muniis fuerat defunctus, quibus explendis missus erat & promissus.

II. Constabat præterea apud plerosque è veteribus Magistris, stante Templo secundo vel venturum fuisse Christum, vel venisse. Testis Cantici Canticorum Thargumista; testis & Echa Rabbathi, & sæpius jam memoratus liber Sanhedrin, capite ultimo, qui in hunc sensum traxisse R. Akibam narrat celeberrimam vaticinationem Aggæi, in qua Deus ea spe Zorobabelem & Jesum Josedeci filium solatur, ut cum venerit *Desideratus cunctis gentibus*, Templum tanta gloria completurus sit, ut prioris Templi gloriam superet. Atqui res quinque enumerant Thalmudici Doctores, quibus Templum prius posteriori antecelluit, Urim & Thummim, Arcam, Ignem, Oleum unctionis, (pro quo liber Thalmudicus Joma, Jarchi, & Kimchi, præsentiam Dei ponunt) & Spiritum sanctum. Adjicit Sepher Aemana & Laminam auream, in Pontificis fronte gestari solitam. Adjicit & multa Abrabaniel prioris Templi decora, quæ in secundo desiderabantur. Adde & prioris magnificentiam, qua posterius tanto post se intervallo reliquit, ut qui illud viderant, cum secundum aspicerent, à lachrymis temperare non possent. Unde Aggæus: *Quis in vobis est develictus, qui vidit domum istam in gloria sua prima? & quid vos videtis hanc nunc? numquid non ita est, quasi non sit in oculis vestris?* Gloria igitur Templo secundo promissa, per eum concilianda ipsi erat qui à cunctis gentibus desiderabatur, & erat expectatio gentium, Messiam videret, tum cum loco huic pacem erat daturus. Aggæum minifice illustrat Malachias, cum ait: *Ecce ego mitto Angelum meum, & præparabit viam ante faciem meam: & statim veniet ad Templum suum Dominator quem vos queritis, & Angelus Testamenti quem vos vultis.* Dominatorem enim hunc esse Messiam palam agnoscunt Ebraei, ut supra docuimus. Quod per Aggæum spondet Deus, idem jam ante per Jeremiam fuerat luculentis verbis pollicitus: *Hæc dicit Dominus, Ecce ego convertam conversionem tabernaculorum Jacob, & tectis ejus miserebor, & edificabitur civitas in excelso suo, & Templum juxta ordinem suum fundabitur Et erit dux ejus ex eo, & princeps de medio ejus producet: & applicabo eum, & accedet ad me. Quis enim iste est, qui applicet cor suum ut appropinquet mihi? ait Dominus. Et eritis mihi in populum, & ego ero vobis in Deum.* Hæc in Messiam congruere docet Jonathan, docet & R. Jehuda in libro Sanhedrin.

III. Clarissimam quoque adventus Christi notam præmonstravit Deus, cum futurum prædixit ut *Oriatur in diebus ejus justitia & abundantia pacis*; ut gladii conflentur in vomeres, ut habitet lupus cum agno, ut deprimantur montes; ut complanentur valles, & scabra ac prærupta terrarum exæquentur, ut amici curis omnibus soluti sub ramis arborum conveniant. Quibus læta pax, summaque tranquillitas significatur. Atque hæc partim *וְשָׁלוֹם*, partim *וְרַחֲמִים* interpretanda sunt. Ac priore quidem modo sumfisse ea videtur Jonathan in Thargum. Nam cum initium undecimi capitis Isaia: allegorice intelligendum esse docuerit, sequentia similiter interpretatum esse credi par est. Jonathanem affectatur R. Selomoh Jarchi, affectantur & alii. Sumfit quoque hæc allegorice R. David Kimchi: sumfit & Maimonides in Jad Chazacah; popularesque suos luculenter refellit, qui lupum inter & agnum futuras Messia veniente inducias, aliasque rerum vices stolidissime imaginati sunt; cum Israelitarum, in nefariorum & impiorum hominum colluvie, securitas tantum & tranquillitas promittantur. Nos gentium vocationem hic præmonstratam censemus, quæ superbia & morum feritate deposita, mansuetæ doctrina Christi Jesu, & ad ejus obsequium ac fidem traductæ sunt. Insignis enim hic est & prope singularis Christi Jesu, ipsiusque sectatorum character, mansuetudo ac lenitas; cujus præcisi Michæas, non pacis

Isa. 3. 4.

Stante Templo secundo
Messiam venturum esse
prisci Ebraei
crediderunt.
Tharg. Cant.
7. & 8.
Agg. 2. 7. 8.
Thalm. Hier.
Cod. Maccob.
cap. 11.
Thalm. Bab.
in Joma, cap. 1.
R. Sa. Jarchi.
& R. D. av
Kimchi, in
Agg. 1. 7.
Sepher. Aem.
cap. 4.
Agg. 2. 4.

Mal. 3. 1.

Jerem. 30. 18,
& seq.

Alta pace
per totum or-
bem vigente
nasci debuit
Christus.
Isa. 1. 4. & 11.
6. & 40. 3.
Zach. 3. 8, 10.

rantum amatorem, sed Pacem futurum ipsum præcinit. Unde Discipulos suos Jesus ad sui imitationem his verbis provocabat: *Tollite jugum meum super vos, & discite a me, quia mitis sum & humilis corde, & invenietis requiem animabus vestris. Jugum enim meum suave est, & onus meum leve.* Sed hæc fufius in Parallelifmo profequemur. Sic intellexit Iuftinus, fic Eufebius, fic Hieronymus, fic Chriftiani Interpretes univerfi. At iidem etiam oraculum hoc *κατὰ λέξιν* completum effe docent, nato Domino Jefu Augufti temporibus, qua tempeftate omnes bellorum refoederant motus, quibus quaf. fatus paulo ante fuerat univerfus propemodum orbis, altiffimaque pace genus humanum fruebatur. Nec multo ante templum Jani obferaverat Auguftus, quod per multos annos claufum Variana clades aperuit. Infcritio vetus Emeritæ, quam proponit Gruterus:

IMP. CAES. DIVI. F. AUG. PON. MAX.
 COS. XII. TRIBUNIC. POTEST. X. IMP. VIII.
 ORBE. MARI. ET. TERRA. PACATO.
 TEMPLO. JANI. CLUSO. ET REP. PO.
 ROM. OPTIM. LEGIB. SANCTISS.
 INSTIT. REFOR.

Iuftin. Apol.
 Eufeb. Dem.
 libr. 2.
 Hier. in Ifa. 2.
 Grut. p. 149.

Ubi non pax folum terra, marique conftituta, fed & legibus optimis, ac fanctiffimis inftitutis reformata Romana Respublica dicitur. Quippe non pacem folum, fed & iuftitiam ætati huic facer Vates fpoponderat: *Orietur in diebus ejus iuftitia, & abundantia pacis.* Quibus ifta confonant è Pfalmo octogefimo quarto: *Mifericordia & veritas obviaverunt fibi, iuftitia & pax osculate funt.* Audiendus quoque Suetonius: *Janum Quirinum femel atque iterum à condita Urbe memoriam ante fuam claufum, in multo breviori temporis fpatio, terra marique pace parata, ter clufit.* Difertiffimum vero & ad rem noftram aptiffimum eft Orofii testimonium: *Anno ab U. C. DCCLII. Cafar Auguftus ab Oriente in Occidentem, à Septentrione ad Meridiem, ac per totum Oceani circum, cunctis gentibus una pace compofitis, Jani portas tertio ipfe tunc claufit. Quas ex eo per duodecim fere annos quietiffimo femper obferatas otio ipfa etiam rubigo confignavit: nec prius unquam nifi fub extrema fenectute Augufti pulfata, Athenienfium feditione, & Dacorum commotione patuerunt. Claufis igitur Jani portis, Rempublicam, quam bello quæfiverat, pace enutrire atque amplificare fudens, leges plurimas ftatuit, per quas humanum genus libera reverentia difciplina morem gereret. Domini appellationem, ut homo, declinavit. Verus quippe rerum Dominus, omnis iuftitiae ac pacis auctor, fanctiffimarumque legum conditor nafcebatur: de quo cecinit Ifaia: *Multiplicabitur ejus imperium, & pacis non erit finis.* In eum enim annum, quem notat Orofius, vel proximos certe annos, de communi doctiffimorum Chronologorum confenfu, incidit ortus Chrifti Jefu. Neque vero præmittendus hic eft Tacitus, qui pacis hujus, quam Auguftus fanxit, diuturnitatem commemorat in eo fragmento, quod idem promit Orofius: *Deinde, ut verbis Cornelii Taciti loquar, fene Augufto Janus patefactus, dum apud extremos terrarum terminos novæ gentes fape ex ufu, & aliquando cum damno quaruntur, ufque ad Vefpafiani duravit imperium.* Quibus hæc fubjungit Orofius: *Cæterum & tunc capta, everfaque Urbe Hierofolymorum, ficut Propheta prænuñtiaverant, extinttisque Judæis, Titus, qui ad vindicandum Domini noftri Jefu Chrifti fanguinem judicio Dei fuerat ordinatus, victor triumphans cum Vefpafiano patre Janum claufit. Igitur etfi fub extremis Cafaris temporibus apertus eft Janus, tamen per multa ex eo tempora, quamvis in prociñctu effer exercitus, nulla bella fonuerunt. Confentanea funt iftis quæ fubjecit Eufebius utrique prædictioni, ex Pfalmo feptuagefimo primo, & ex fecundo capite Ifaia fupra allata: *αὐθόρδου, inquit, ταῖς περιήνεσιν ἐπιπορευθὲ τὰ ἔργα. πάντα μὲν αὐτῆς ἐδεικνύτο πλουραχία βασιλείας, ἀπορούσου κατὰ τὸ αὐτὸ τῆ τῆ σωτῆρ ἡμῶν ἐπιφανεία μοναρχήσαντες. Ἐκείνου ἡ εἰς δόξαν οὐκ ἀν ἰδοίς, ὡς τὸ πῶν, πόλις πόλις πολέμουσας, ἐδ' ἐθνῶν ἔθνη ἀμαρτανόμων, ἐδὲ τῶ βίον ἐν πάση συγκροτῆ καὶ ἐξελόμενον. Confentanea prædictionibus res confecuta funt. Statim enim fublatus eft apud Romanos dominatus ille à multis ufurpatus, cum ad unum, Auguftum imperii fuma fub ipfum Servatoris noftri ortum rediiffet. Ab eo enim tempore, ad hanc ufque ætatem, minime videas civitates cum civitatibus, ut prius, decertantes, neque gentem cum gente præliantem, neque res hominum omni perturbationis genere atritas. Pacem hanc orbi per Chriftum conciliatam, jus fancitum, refrænata licentiam, res in melius compofitas, Augufto gratificaturus Virgilius fpendifis verbis prædicavit:***

*Afpera tum poftitis mitefcet fecula bellis:
 Cana fides, & Vefia, Remo cum fratre Quirinus
 Jura dabunt: dire ferro, & compagibus arctis
 Claudentur belli porta: furor impius intus
 Seva fedens fuper arma, & centum vinculus abenis*

Pfaln. 71. 11
 Pfalm. 84. 11.
 Suet. Auguft.
 cap. 22.
 Orof. libr. 6.
 cap. 22.
 Ifa. 9. 7.
 Orof. libr. 7.
 cap. 1.
 Eufeb. Præp.
 Evang. libr. 1.
 cap. 4.
 Virgil. Æn.
 libr. 1.

Post tergum nodis, fremet horridus ore cruento.

Duplex igitur per Christum Jesum pax hominibus parta est, temporaria, & aeterna. Hæc ea est quam Jesus moriturus Discipulis suis reliquit: *aciebat enim; Pacem meam relinquo vobis, pacem meam do vobis: non quomodo mundus dat, ego do vobis:* hæc motus animorum sedat, & mentes humanas, etiam dum inquietis illigatae sunt corporibus, tranquillat & componit, & beatitatis aeternae nulli unquam rerum turbini obnoxiae compotes efficit, illa vero Christo Jesu venienti orbem præparavit, sopitis bellis, & pace terra marique sancita; quæ etiam post Christum diu perseveravit. Utramque pacem statim post natum Jesum beati Angeli cantibus celebrabant; & aeternam quidem ac coelestem, his verbis: *Gloria in altissimis Deo;* terrenam vero ac temporariam, istis: *Et in terra pax hominibus bona voluntatis.* Unde facilis est Adversariorum depulsio, qui pacem illam Augusti ævo florentem, post annos aliquot turbatam fuisse causantur; quamobrem ad Jesum minime pertinere volunt istud Prophetæ, quod attulimus: *Orietur in diebus ejus justitia, & abundantia pacis, donec auferatur Luna:* nec istud quoque: *Et pacis non erit finis:* nec illud: *Fœdus pacis mea non movebitur.* Perperam enim ad terrenam pacem stectuntur ista, quæ pertinent ad aeternam. In eundem trahi possunt sensum & ista Isaiæ: *Nec exercebuntur ultra ad præliam:* & hæc Ezechielis: *Et non erunt ultra in rapinam in gentibus.* Quamvis & pacem temporariam notare possunt: dictio enim, *Ultra,* sive ut Ebraice concepta est, *וְיָ,* nonnunquam aeternitatem, diuturnitatem aliquam nonnunquam, sæpe etiam breviterem temporis significat. Postremum hoc docet R. David Kimchii in libro Radicum, & exemplis probat. Aliquando etiam particulae neganti conjuncta aliquam rei partem detrahit, non totam infirmitur. Sic tricesimo quinto Geneseos capite Jacobo dixit Deus: *Non vocaberis ultra Jacob;* quamvis sæpe deinceps, & hoc ipso capite aliquoties vocatus sit Jacob. Plura ejusmodi exempla sunt in promptu. Non ergo penitus id negatum est vocibus iis, *Non ultra;* sed pars tantum aliqua detracta est: nam cum semper deinceps Jacob vocari debuisset, Israël aliquando vocatus est. Similem iis significationem tribue in allatis Isaiæ & Ezechielis testimoniis; non ut in aeternum, sed ut in multos annos, magnaque ex parte extinctum iri bella intelligas.

IV. Ad hæc florente Romanorum Imperio proditurum Messiam prædixit Daniel, quo certum adventus ipsius indicium continetur. Arque hic Judæorum consensu juvatur, apud quos commune effatum est, vigente imperio Idumæorum (quo nomine Romanos signare solent) proditurum Messiam. Cum enim Nabuchodonosoris somnium interpretaretur Daniel, futurum prænuntiavit, ut regno ipsius succedat regnum aliud argenteum, Persarum videlicet & Medorum; huic tertium æreum, quod late dominaturum sit, Alexandri nimirum, qui maxima terrarum spatia subegit; atque isti demum quartum ferreum, robore longe præstans, quod reliqua hæc domet & conterat, quemadmodum omnia ferrum comminuit. De quarto hoc Regno magna apud Interpretes controversia est; aliis Seleucidarum & Lagidarum regna, Romanum aliis imperium eo signari contendentibus. Ego vero postremam hanc opinionem sequi me profiteor. Extat quippe ex his ipsis vaticiniis verbis prioris confutatio: *Et regnum quartum erit velut ferrum: quomodo ferrum comminuit & domat omnia, sic comminuet & conteret omnia hæc;* aureum nimirum Nabuchodonosoris regnum, argenteum Cyri, æreum Alexandri. Regna autem Lagidarum & Seleucidarum, regnum ipsum Alexandri ex parte fuerunt. At quamvis magnis sese oppugnarunt & appetierunt bellis, minime tamen se comminuerunt; uti neque regnum Macedoniæ, quod æri regni Alexandri caput fuit. Deinde regnum illud quartum, regnum unicum fuit; duo vero Lagidæ & Seleucidæ regna tenuerunt. Quanto aptius hæc ad Romanum Imperium congruunt, quod priora hæc regna contrivit? Sequitur: *Porro quia vidisti pedum & digitorum partem testa figuli, & partem ferream, regnum divisum erit; quod tamen de plantario ferri orietur, secundum quod vidisti ferrum mistum testa ex luto; & digitos pedum ex parte ferreos, & ex parte scilicet; ex parte regnum erit solidum, & ex parte contritum.* Aio bella Cæsaris & Pompeii, Augusti & Antonii his portendi. Tempora enim hæc pedibus comparantur, quod Messiae ortum proxime præcesserint. Romana Respublica bellis hisce civilibus scissa in duas partes & divisa est. Cæsariana pars robore pollens prævaluit, Pompeiana & Antoniana contrita sunt. Utraque autem pars victrici gente & fortissimis majoribus prodiit. Labascit hic eorum ratio; qui Imperii Romani divisionem in veterem, novamque Romam comminiscuntur: utram enim partem luteam, utram ferream esse dicent; utraque enim contrita est. Addit Propheta: *Quod autem vidisti ferrum mistum testa ex luto, commiscebuntur quidem humano semine, sed non adhaerebunt sibi, sicut ferrum misceri non potest testa.* Connuvia significat, quibus Cæsarem inter & Pompeium, Augustum & Antonium affinita-

Florente Romanorum imperio nasci debuit Christus.

Dan. 2. 40.

Dan. 2. 41, 42.

Dan. 2. 43.